

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia am
cum uariis

Videas plerosque in ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, subito intumescere, pristinae obliuisci abiectiois, genus quoque suum erubescere et infimos dedignari parentes. Videas homines pecuniosos ad honores quosque ecclesiasticos et mox applaudere sanctitatem, uestium mutacione non mencium, et dignos se estimare dignitate ad quam ambiendo peruenerunt; quodque, si audeo dicere, adepti sunt nummis attribuere meritis.

Bernardus super Missus est circa finem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Superbia am] Superbia al P V¹ V² L¹ L²; uideas] et add. V² L¹ L²; quosque] quoque P V¹ V² L¹ L²; ecclesiasticos] peruolare *add.* V² L¹ L²; mox] sibi *add.* V² L¹ L²; si] non P V¹ V² L¹ L²